

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

In mvltis ecclesiasticorvm consistorijs, externi causarum patroni &
procuratores, quam non admittantur

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

interloquuntur, cōtrouersiam coram se uentilandam esse:
Cui sententiæ propterea, uelint, nolint, parere coguntur.
etiamsi maxime ea grauentur, quod appellationem ad cu-
riam Romanam interpositam, ob immensos, tum labores
tum impensas prosequi nequeant. Neq; enim cuius com-
modum est, adire Romam. An uero talibus, similibusq;
sententijs se suspectos reddant, nec ne, cui libet bono uiro
coniiciendum relinquitur. Vnum hoc certum est, quod ex
iam enumeratis casibus, copiosa ciuiliū caussarum sylua
iurisdictioni tēporali, acciui magiſtratui, indies subtrahi-
tur atq; eripitur. Quod non solum iuribus & æquitati, sed
etiam rationi contrarium esse dignoscitur.

VT PLERIQ; VE INOPIA RERVM LABO-
rantes iudicialium expensarum, uariorumq; la-
borum & expensarum formidine, ad ini-
quas transactiones compellantur.

NEq; hoc silentio præteriri potest, quod ecclesiastici iu-
dices & officiales miseros ac simplices laicos, multo-
ties ad illicitas, iniquas, sibiq; penitus nociuas trāsactiōes
adigunt. Nam si quando eos in ius uocāt, magna patrono-
rum, rabularum forensiū, scribarū, cæterorūq;, quorū ope-
ra in iudiciatio strepitu, uti necessum habēt, caterua, nullo
ære conducta, sed gratuito cōquisita, stipati astant, ac pau-
peribus illis, pphanis, ægestate pressis, id hominum genus,
non nisi mano conducendū est. Quod ubi fortunæ, rei q; fa-
miliaris tenuitas denegat, ni penitus caussa, etiam iustissi-
ma, decidere, uelint, transactionem seu compositionē ut-
cunq; iniquam inire coguntur. Quare quantum grauen-
tur tenues, nemo est qui non facile id deprehendat.

IN MVLTIS ECCLESIASTICORVM CONSI-
torijs, externi caussarū patroni & procurato-
res, quā non admittantur.

ETHoc hæctenus Germanis multū attulit molestiarum
quod

quod per ecclesiasticos iudices, nulli coram se litigantium
partium, alijs uti aduocatis & procuratoribus licet, quam ijs,
quo sibi suisq; tribunalibus, iurisiurandi sacramēto obnox-
ios reddiderunt. Ne tamē nihilominus externi patroni à li-
tigantibus consulantur, ad eo breues p̄figunt terminos, ut
adiri nequaq; possint. Et ne hoc eorū factum tanq; æquita-
ti contrarium, improbari possit, sed id in cōtrouersia com-
modum facere adfirmant, quo ceteriorem per cōsistorij iu-
ratos, procuratores sortiatur exitum. At interim meridiana lu-
ce clarius apparet, qua sinceritate, quaue dexteritate id aga-
tur. Nempe compertū habēt officiales, se suosq; superiores
à cōsistorij aduocatis & procuratoribus timeri. Et sic miseri-
cōdientes patronorū uerecūdia, dum quod cōtra ecclesiasti-
cum iudicē, eiusue superiores, quacūq; in parte facere pos-
sent, in iudicio pponere non audent, ultra q̄ par sit, negli-
guntur. Quā rem ecclesiastici p̄lati, ijsq; quorum in territo-
rio tale exercetur cōsistoriū, quū phibere, penitusq; eradi-
care deberent, tutantur, ac defendunt. Et id potissimum eā
ob causam, ut si quando ipsis, subditisue ipsorum in eccle-
siastico iudicio experiūdum siet, dicti aduocati & procurato-
res cōtra ipsos exteris suis ciētulis, ea quæ causæ sibi pos-
tulāt necessitas, consulere, in iudicioq; pponere uereantur:
si diuersum facerent, praelatos sibi infensos, iudicesq; sibi
male p̄picios redderent: talē que aduocatorū & procuratorū
metum ac formidinē, nemo est, cui uel cerebrū sit, cui leua
in parte mammillæ cor saliat, qui inficias ire uel possit, uel
audeat, cum id quotidiana experiētia adeo eluceat, ut ne-
mini non, nisi forte ijs, qui nondū ære lauantur, sit explora-
tissimum. Quotus enim quisq; est aduocatorū, uel procurato-
rum, qui non amore, spe, timore, inuidia, fauore, muneribus
similibusue adfectibus, animo non aliquādo, rectoq;
consilio deiciatur, quum nihilominus uacui etiam p̄dicto-
rum adfectuum, iux tādē p̄cibus, precione inducūtur, ut
nihil diligentia, laborū nihil, nihil item clientuli iuriū p̄ter-
mittatur. Enumeratis uero grauaminibus, nulla præsen-

D ij tior

tior adhiberi posset medicina quæ si litigantibus a certo usque li-
mite, & aduocatos & procuratores uel consulere, uel ad con-
sistorium secum adducere liceret.

QLEVIBVS EX CAVSIS, PAUPERIBVS
Sacramenta denegentur.

ET hoc facinus Christi disciplinam profitentibus penitus ab-
ominandum est, quod ipsi, quibus est res angusta domi, ubi
parochis & ecclesijs ad diem solutioni destinatum, per inopi-
am satisfacere nequeunt, corpus & sanguis Christi, sacrosan-
cta, quæ nobis sacramenta in remissionem peccatorum reli-
quit, denegantur: immo quasi pignus precluduntur, non atten-
ta ulterioris dilationis, & quidem modice, petitione. Quamquam
tales similesque causæ pro conditione sua, coram secularibus iu-
dicibus, merito finem sortiri deberent.

ITEM quum agricolæ Autumni tempore uindemiare cu-
piunt, quemadmodum unicuique ad sui utilitatem facere licet, ni-
hilominus tamen, si uindemia illa displicet spiritualibus (ut
uocant) qui eo loci decimas possident, miseris inhibent agri-
colis, sub excommunicationis, nec non pecuniarum poena, ne
uvas colligant priusquam ipsi id permittant, unde euenit, ut sæ-
pe pauperculi illi non paruo afficiantur damno, cum uvas suas
quas maximis expensis & laboribus per integrum coluerunt
annum, uindemiare non audeant. Etiam si illi interim uel frige
pereant, uel etiam marcescere incipiant, tantummodo ob
decimarum lucrum iniquum, sæpius etiam ob inuidiam detestan-
dam. Quæ ambo contra iura sunt diuina, fas, & omnem pieta-
tem, ac ideo merito aboleri debent.

UT ECCLESIASTICI SINODIS
abutantur.

Nec minus molestum, graue, & Germanorum uulgo
intolerabile est, quod synodales iudices pluribus in locis
quotannis id quod non nisi post annorum intercapedinem ut fie-
ret, iuris